

NOBILISSIMO DOCTISSIMOQUE VIRO
JOANNI THEODORO
ZANDERS

QUUM GRADUM DOCTORIS MEDICI
CAPESSERET
SALUTEM PRECATUR

JO. GOTTLOB. LEIDENFROST

Med. Doct. & Prof. Publ. Ord. Acad. Reg. Scient.
Berol. Memb. & h. t. Univ. Duisb. Rector.

Nunquam obliviscar illius temporis quod in hac universitate, & partim in mea Domo studiorum causa transegiſti, Contubernalis gratissime, id enim propter atrocis belli communem & popularem horrorem, & propter incredibilem & fere pestilentem morborum late tum grassantium ordini medico præprimis molestam & quali propriam iram, & ob domesticas easque acerbissimas me ipsum afficientes ærumnas, ex quibus non parum incommodi etiam in Te, amice dilectissime tum redundabat, luctuosissimum & infinitis lachrymis scdum, neque tamen minus propter Te & alios Tui similes juvenes, in quorum pulchris ingenis expoliendis aliqua mihi cura erat, amabile & memoria mea dignum fuit. Nosti enim, nec est alius qui id noverit Te melius, quis ardor, quæ discendi cupiditas, quod recti verique desiderium, quod mutuum se juvandi studium, quam læta etiam & amica socialitas inter Vos & inter me commilitantes intercesserit. Letatur ergo animus meus quoties talibus, nunc vero inprimis, dum Tibi gratulor honores capeſſendos, certus, que-

quocunq̄ue iveris, virtutem ante Te ituram esse, scientiam & artem Te fideliter comitaturas, indubiamque secururam esse felicitatem. Gratias ago etiam Deo, qui postquam a nobis in patriam profectus eras, Te ex funesto morbo, quem tam docte & accurate, ita scilicet, uti Te decebat, in Tua dissertatione describis, & quocum conflictantem Te semel, quum fortuna me Dusselopolin duceret, non sine dolore vidi, benigniter eripuit, & melioribus Te servavit annis. Age nunc, amice charissime, ingredi Tuum opus, esto fortis & prudens, fac ut aliqua particula miseriarum humanarum, multa enim & magna non possumus, per Te levetur, imitare bonos, utere Tuis viribus, fruire Tuis bonis. Fac etiam, nam id magnopere volo, ut benevolentia nostra mutua fiat antiqua. Vale. Scribebam Duisburgi die VII Calend. April. MDCCLXI.

MONSIEUR

Je me felicite du grade de docteur qu'on vient de vous conferer, vous refferés les noeuds de l'amitié qui nous lient, par le devouement a secourir les hommes dans leurs maladies. Je connois vos talents, & votre ardeur a en pratiquer l'usage pour le salut des hommes, & la gloire de notre profession; envain a cet egard voudrois je animer votre emulation.

Je partirai peut etre bien tot, a ne vous revoir de ma vie; les contrees differentes & eloignées pour le sejour desquelles le sort de notre naissance nous a décidé, feront pour vous & pour moi une absence, & un éloignement dont la durée me feroit craindre que les traces

ces de votre amitié ne s'affoiblissent, mais vos sentiments,
m'en repondent: les miens vous sont voues pour la vie.

ST. GENEYS

a Duffeldorf
le 23. Mars 1761.

Medecin de l'armée de SOUBISE.

Magnis cur laudem versatum semper ubique
Encomiis? præclarum nomen, Amice, parasti
Jam Tibi, nec vanum, sine facto; interque Medentes
Eximios vehat ad laudes Te Fama perennes!
Redditur hinc Tibi nunc nomen, ZANDERE, beatum.
Consiliis Deus ipse Tuis adspiret, ut æquo
Omnia pervadas, tempus vitæ, pede posthac.
His tandem ex animo Tibi gratulor, atque Parenti
Et Patriæ nostræ. Aurea praxis erit Tua; sicque
Nomen, mox Doctor! magnum tribuet Tibi tempus:

Hæc, ut specimen Amicitiae
Doctissimo, Honoratissimoque
Domino Candidato
Dat totus ad ultimum vitæ hali-
tum usque amicus

M. C.

Dusselanus, Med. Studiof. Oppon. Ordinæ.



QUE VIV
DORO
MEDICI
ENFROST
cad. Reg. Sicut
quish. Rector.
od in hac univer
m sua transgredi
pter atrocis belli
& propter ure
late tam gran
am & qual pro
acerbissimas m
non parum reco
e tum redaribit
edum, neque tunc
es juvenes, in qu
liqua mihi cum est
it. Nihil enim ac
quis arbor, que di
re desiderium, ard
lata man & sic
annulatus interfe
tes talibus, nec ver
capitendos esse

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8

Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

TIFFEN Color Control Patches © The Tiffen Company, 2007

Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Light Blue	Light Cyan	Light Green	Light Yellow	Light Red	Light Magenta	White	Light Skin	Light Gray
Dark Blue	Dark Cyan	Dark Green	Dark Yellow	Dark Red	Dark Magenta	White	Dark Skin	Dark Gray

TIFFEN Gray Scale © The Tiffen Company, 2007

A	1	2	3	4	5	6	8	9	10	11	12	13	14	15	17	18	19
		R	G	B			W	G	K				C	Y	M		